

vitali, demum fit *animal*; ita h̄ic, si articulatio sonum de se indeterminatum certo modo determinaverit, distincta quidem resultat entis orationalis species, nempe *Vocabulum*, sed adhuc *anquartuōv*, quasi mortuum seu vitâ destitutum, accedente verò per hominum impositionem & consensum ipsâ significativitate, vera demum fit *Vox*, h. e. vivum vocabulum, ad quod congruit Aristotelis definitio, *Vox est sonus articulatè formatus significans ex instituto, libro & cōequū:*

(2) *Integra-
lia, instar
Atomorum*

*Sunt Literæ
quatuor*

§. 3. Sicut autem in genere Physicarum rerum ipsum corpus naturale, si seorsim & in se spectetur, suis Elementis, quæ Democritus olim dixit *Atomos* h. e. moleculas seu corpuscula quasi seminalia, suā quidem extensione constantia, licet visum nostrum planè subterfugiant, interim *Διὰ τὴν οὐληγέγητον* propter duritatem, in ulteriores partes nequaquam divisibilia h. e. frangibilia, quæ juxta suarum figurarum rationem, accedente motu, vel relictā quiete, vel utriusq; constitutâ temperie, aut in certam corporis naturalis speciem compositam alia cum aliis certo modo sic disposita coalescant, aut ipsa, unius generis omnia, speciem de se absolvant simplicem: Similiter etiam voces seu vocabula si seorsim & in se spectentur, Elementis constant quæ dicuntur *Literæ*, suntque Literæ ferè eodem modo quædam quasi corpuscula (simili utorum) seminalia, in partes ulteriores non divisibilia, certis figuris h. e. modulationibus ab instrumentis loquelle formabilibꝫ prædita, juxta quas, accedente motus & quietis congruâ temperie, certam vocabulorum & orationis speciem simplicem aut compositam alia cum aliis certo modo sic disposita, aut etiam pro se singula, quasi formaliter constituant.

*Figura, in-
star corporū
Regularium
s. 5*

*Congruorū
s. 6. sunt*

§. 4. Cæterum ut Corpusculorum seminalium quinq; tantum sunt regularia 1. *Tetraëdrum*, 2. *Hexaëdrum*, 3. *Octaëdrum*, 4. *Dodecaëdrum*, 5. *Icosiedrum*: Corpora dicta Platonica, quorum forma perfectio est à *Sphærâ*, cui cum stellis regularibus, quæ ex iis coalescent, sunt inscriptibilia; reliqua quorunque cogitari possunt irregularia sunt, sed inter haec indecim inveniuntur congrua: 3613V 1644V 1200 0127 Cubus